le presus ciuitates eēt et secundum Laertium diogenē hoc differt a ceteris virtutibus quod  
visus ab alijs sensibus: sapiēs est qui si cuncta que habet amittat: clamat oia que hō  
mecum porto: et que sunt illa: Justicia Leptantia Fortitudo et Prudentia. sapiēs



7  
non indiget alieno adminiculo sed sicut virtus perfectiva suis viribus con-  
tentus est. unde Bozmatiane amantissime esto prudens sicut serpens: et sim-  
plex sicut coluba. Simplicitas iuxta dictum augustini sine astutia stulticia  
reputatur astutia sine simplicitate supbia approbat. Sapiens cum sibi ipsi  
sufficiat: amicis non indiget. Sapiencia donū dei s̄m Aristoteles habet ra-  
dices amaras fructus vero iucundiores. Scientia est habitus animi diffi-  
cille acq̄sibilis et iam acq̄situs difficille mobilis. Sapiens est qui quo ma-  
iore dignitate pollet eo clementior efficitur et magis recta putatur ratione  
Sapiencia seu prudentia est qua omnis bona et recta ratio diffinit: hec ve-  
ro ita sine virtutum moralium adminiculis est ita mācha ut virtutes relique  
nulle sint sine prudentia: nec potest ququam vti recte bonis istis que corpo-  
ri et fortune tribuunt nisi vir sapiens et idem prudens fuerit. Sapiens est qui  
in bonis operibus perseverans est: iuxta illud melius est viam domini nō in-  
gredi q̄ ingressam et non perfectas derelinquere. et melius est nō incipere q̄  
cepta deserere cepisse multorum est. paucorum vero ad culmē peruenisse. et s̄m  
Gregorium virtus boni operis est perseverantia. Incipientibus premium  
promittitur sed perseverantibus datur. Et apostolus inquit non potest co-  
ronari nisi qui legitime certauerit. nullus enim legitime certat qui nō in cā-  
po vsq; ad finem certet. multi magna agrediuntur sed deficiunt in via perse-  
uerantia habet hoc in se preclarum ut in omni vita idem semper vultus ea-  
demq; frons sit. Perseuerantia s̄m Liceronem in rhetorica veteri est in ra-  
tione bene considerata stabilis et perpetua mansio. informat meritum: remu-  
nerat currentem: coronat pugnantem. ac ducit ad brauium. perseverantia est  
veluti planta que s̄m Senecam ad lucillum non conualescit si sepe transfe-  
ratur et s̄m Boetium de disciplina scholarium libro tertio in vno quoq; ope  
inuenitur mater constantia. et s̄m Liceronem libro officiorum nihil est q̄ tā  
deceat q̄ in omni re gerenda consilioq; capiendo seruare constantias. o feli-  
cissimam sapiēciam que de mortalibus immortales facis. Nihil magis ad  
spem percipiende scientie erigit q̄ cum eos clarescere in scientia admiramur  
quos paruulos aliquando et indoctos fuisse meminimus. Sapiētia s̄m La-  
ctantium de falsa sapientia se ipsam in bonis actibus semper exercet. et s̄m  
eum qui aspirat ad veram sapientiam aspirat ad verbum dei. in quo sola ve-  
ritas inuenitur et virtus et beatitudo. Quid enim aliud est sapientia seu pru-  
dentia nisi iusti atq; iniusti noticia. et non tantum habere noticiam huma-  
narum rerum: sed etiam diuinarum. prout iure scriptum reperitur. et s̄m  
Alphm si aliquando imperfectam scientiam quis inuenerit poterit eam suplere cari-  
tatis perfectione. o sapientiam admirandā que vberrimos spargis fructus  
inter quos reperitur illud Terentianū in adelphis q̄ sapiētia est nō q̄ ante  
pedes modo est videre sed etiam illa que futura sunt prospicere. et demētis  
est q̄ ante pedes est non videre et celi plagas scrutari velle: sapiens est qui  
auariciam velut scopulum maritimum aufugit: qui sectatur auariciam con-  
turbat domum suam. Auaricia pecunie studium habet quam nemo sapiens  
concupiuit. Radix omnium malorum venenis malis imbuta Corpus ani-  
mūq; virilē effeminat. Auaricia s̄m Salustius in catilinario fidē p̄bitatem

ceterasq; bonas artes subuertit. pro his supbia; crudelitatem ocos neq; ligere  
oia venalia habere docuit. Juxta illud Maronis in tertio eneidos. Quid non  
mortalia pectora cogis auri sacra fames. Auaricia secundum Tullium de oratore  
libro secundo si tollere vultis. mater est tollenda luxuries. Quid penis aua  
ricia que est humani generis vehementissima pestis? o auariciam nefandam  
que est similis secundum Pamphilum hydropico.

Dum bibit hydropicus magis sitit et cupit vndam

Sic magis exardet semper auaricia

Hydropico similis nunquam satiatur auarus

Infelix requie nocte dieque caret.

Hydropico similis nemo nisi diues auarus

Custos non dominus existat auarus opum.

Hydropico similis omnis auarus adest

Est similis talpe metuenti mandere terram

Ne sibi deficiat nam perit ipsa fame

O sapientiam auream que totam mundi machinam gubernas: sine qua intel  
lectus hominis potest dici sine forma: hinc merito dicit Cicero in libro offi  
ciorum. quod multi sunt homines et pauci homines: multi nomine et pauci re: et  
ignari proorsus non merentur appellari homines sed potius imagines hominum  
sicut secundum ius in sacerdotibus multi nomine pauci effectu: omnis enim  
vita sapientis meditatio mortis est. Negligentia incautum hominem facit.

Festinandum igitur est ne mors repentina superueniat. discrepat secundum Phi  
losophum ab humana natura qui sapere non affectat. Sapiens nunquam inanis  
est sed semper habet in se amictum prudentie sapienti secundum Senecam conue  
nit incessus grauis atque modestus et oratio depressa et non audax. sapiens est qui vir  
tuti regine et impatrici incubit quia regnum dei non est in sermone sed in virtute et ne  
mo potest et virtutem simul et diuitias possidere virtus non propter se sed  
propter vitam eternam que summum bonum est: appetenda est secundum Lactan  
tium de falsa sapientia. virtutis nobilitas viteque honestas gratum deo fa  
ciunt hominem prout iure scriptum est et per pulchrum est virtutem discere  
sed longe pulchrius longeque prestantius vti virtute que non indiget alieno  
adminiculo sed suis iuribus nititur atque contenta est: Nec me latet illud secundum  
Aristotelicum more esse tenendum apud Laertium diogenem sic dicentem.

Virtus difficilis maximus labor

Humano generi nobilis optima

Luvenatio vite

Es mortalibus omnibus.

Virtus sola viget sapitque estque immortalis re et effectu et vnicui bonum anime  
et cum virtus eicitur tunc prout in iure scriptum est vitium nascitur. Virtus  
viventis et mortuo est firma et stabilis possessio. Reliqua oia vana sunt et in  
stabilia. virtus secundum Salustium in iugurtino est duris atque imperatrix. vite mor  
talium: que vbi ad gloriam crassatur magis pollens potensque et clara effici  
tur. nihil enim est secundum Tullium de natura deorum amabilius virtute quam qui adeptus  
fuerit vbiq; gentium erit diligendus et venerandus. habet etiam maiestatem

8  
venerandam inter hostes. dicebat Socrates facile homines ad virtutē eua-  
suros si tales esse conarentur quales videri volūt. Accingere igit Bernardi-  
ne vigilatissime ad sapiētiam z virtutē capessendā ne sis in sententiā illoꝝ vsus  
Mittitur in exilium virtus vitiumq; triumphat

Regnat z in populis grande tribunal habet

Sed sis potius in sententiā senece ad lucilium

Nuncq; stygias fertur ad vndas incluta virtus

Dia sapiētē pri? expiri p̄silio decet q; armis q; ex puidētia timor ex auda-  
tia temeritas orit̄ put legit ap̄ d̄ it̄p̄tē Terētij sapiā est q̄ que tota refert̄  
ad v̄itatē z cognitionē rez celestiu: nec me laet dulcissime bernardie sapiāz  
z rōnis v̄sum diē solere afferre atq; affirmare: neq; prudētes neq; sapiētes  
nascimur aliaz doctria gignit aliez lōgissimi v̄sus r̄pis z multaz variāzq;  
rez expiētia. sapiēs est q̄ vitioꝝ viā declinat: est enī vitiiū p̄rariū v̄tuti quo  
humanū genus veluti plante arbor: vitiose cōficif: malū p̄stat de se odore;  
cū cōcoctionē fetulētā emittit siue id̄ intrinsecus per cutē: siue aīu; siue mētē  
siue p̄ sup̄ficiē emerferit sane hoīez tristi odore tristi fructu exulcerat z exul-  
ceratus alios corrumpit iuxta illud. Morbida facta pecus totum corrūpit  
ouile et illud vnaq; conspecta liuorem ducit ab vna z illud cretice pellices  
dedit hanc contagio labem z dabit in plures: sicut grex totus in aruis vni?  
scabie cadit zc. Quam sit v̄tile quanq; salutiferum vitia aufugere nemo est  
qui nesciat: audi quid Quidius de remedio amoris testetur inquiring.

Utile propositum est seuas extinguere flammās

Nec seruum vitijis pectus habere suum

Et mala sunt vicina bonis: errore sub illo

Pro vitio virtus crimina sepe tulit

Juxta illud belini in speculo vite

Nascetur ex vitio vitium z de crimine crimen

Et iuxta illud martialis

Deridens alios non inderisus abibit

Proprium stulticie est aliorum vitia cernere z suorum obliuisci: sententiā eo-  
rum qui volunt fistucam in oculis alienis cernere z in suis trabes non vidēt  
iuxta illud Persii:

Ut nemo in sese tentat descendere nemo

Sed precedenti spectatur mantica tergo

Et fm illud

Lur in amicorum oculis tam cernis acutis

Et tua non videas oculis mala lippus in vinctis

Qui aliena temere manifestat vitia

Sua intempestiue audiet crimina

Fugias igitur amantissime quantum est pro viribus tuis vitiorum flāmas  
virtutiq; adhereas z hec erit sapientia immortalis est enim sapiētis aliqua  
do mutare consilium in melius relinquēdo superbie vitium z humilitati ad-  
here. Sapiens est qui se abstinet v̄ino ebrietate z crapula quia nullum secre-  
tum nullum perfectum consilium potest esse vbi regnat ebrietas: z sicut pi-  
scis deprehenditur esca sic ebrius deprehensus est v̄ino: iuxta illud virgilij.

Tenuisq; lageos.

Lentatura pedes olim vincituracq; lingua; Nox amor z bacchus nulla mo-  
deramine gaudent. Animus vino deuinctus nō est in sua potestate clamat  
enim paulus ad ephesios nolite inebriari vino in quo est luxuria: z prout iu-  
re reperitur scriptum sicut ebrius nescit quid agat: ita luxuriosa mulier: Vi-  
num inducit ebrietatem: ebrietas mentis exiliū z libidinis incitamentū put  
legitur de vita z honestate clericorū: audi qd clamat lucanus lib: o quarto.

O prodiga rerum luxuries nunq; paruo contenta paratu

Et quesitorum terra pelagoq; ciborum.

Ambitiosa fames: z late gloria mense.

Discite q; paruo liceat producere vitam

Et quantum natura petat.

Terentius in andria: Uicit me vinū ibi comētato: subdit dulce est bibere vi-  
num ebrium fieri turpissimū: vinum intemperanter sumptū gignit z fouet  
morbum comitalem intimo quodam suo vehementissimo spiritu. Frāgit  
corpus: debilitat animum: nec sinit quē esse sui iuris: qppe pellicit quem ad  
se per oēm turpitudinis feditatem. impedit oēm recte viuendi rationē qua  
sublata nihil neq; boni agere nobis licet nec sani qcq; itelligere. si cupis et  
terris z celo viuere felix: adisce qd sit sapientia: sapientis auctoritas inqt pa-  
tere legem quā tu ipse tuleris. clamat sapiens habe fiduciam in dño ex toto  
corde tuo z ne initaris prudentie tue z ne sis sapiens apud te ipsum. Dicunt  
stoici sapientem solū esse libertū: solū diuitem: solū regem: solū felicem esse:  
sapiens est qui fidei obseruato: extat. qa homini fideli totus mundus fm  
Augustinū diuitie sunt: z qui credit in filio habet vitam eternam. esto inquit  
Job fidelis vsq; ad mortem z dabo tibi coronā vite fides est substantia rez  
sperandarū argumentū non apparentiū: sine fide impossibile est placere deo  
fides est fm Liceronem libro primo officioꝝ iusticie fundamentū dictoꝝ:  
conuentioꝝq; constantia z veritas Cicero inqt aiū sine fide stabilem ami-  
cum esse non posse. Infelix est dubitans in fide iuxta illud legale qui mecum  
non colligit dispigit: z graue est homini graui z prudenti fides fallere: z om-  
ne quod non est ex fide peccatum est: z omne quod fit contra conscientiam  
tendit ad gehēnā: ita clamat ratio canonica in caplo litteras de restitutione  
spolia. nō habet enim fides iteritū cui humana ratio prebet experimentum  
vnde dicit Augustinus fides que per dilectionem operatur est fundamentū  
oīum virtutū: z premium credentiū est vita eterna: pena vero nō credentiū  
est gehēna perpetua. Prepara te ad hanc sapientiā imbibendā vt tali tanq;  
nobilis scuto armatus etiam per medios hostes si fas est tēd ere queas vir sa-  
piens nullius loci terminis circumscribitur fm Homerū in vlysea ingentez.

Dic mihi musa virum capte post tempora troie

Multorum hominum qui mores vidit z vrbes

Sapiens qui floret z edificat in spe quia qui hesitat similis est fluctu ma-  
ris q; mouetur auento z circumferit qui gnis de peccato veniā desperat plus  
de desperatione quā de cōmissio scelere se d'annat: z fm Hesiodoꝝ qui ma-  
le agere nō desistunt vane spem ex dei pietate regrūt Lullius inuectiuarum

in catilinam libro quarto spes sola hoies in miserijs consolari solet. Quin-  
tilianus in declamationu libro septimo. nihil magis interesse hoius puto q̄  
vt spes pro hoie q̄ vita sit. Seneca spes e vltimum aduersarum reru sola-  
tium. Seneca ad lucilliu libro tertio epl'arum malo successus mihi q̄ fidem  
deesse. nec d'spaueris et diuturnos egros posse sanari. et s'm Augustinu spes  
est no nisi bonaru reru nec nisi futuraru. et ad deu pertinentium: Olector qui  
delectaris multu hisce meis scriptis que sit Sapiencia disc: legendo. vt ce-  
teri tuo exemplo moueantur. quid est q̄ tibi deesse possit si in campo scien-  
tie edificaueris? quid non colliges si in agro Sapiencie plantaueris? q̄ pal-  
latium non habebis si in ciuitate prudentie edificaueris. sapientia cuz discre-  
tione promittit et promissa accelerat et amplius q̄ promisit prestat. sapien-  
tia est rei diuine humaneq; inquisitiua cognitio. qua adepta ad perfectione  
nihil deesse potest. et qui tali scuto armatus fuerit poterit aduersus omnes  
fortunam se securus prestare. sapiens est qui ad bonas artes et p'clara studia  
de quibus supra omni conatu propensius fertur et hec sunt firmissima opes  
vero gloria voluptates pulchritudo et huiusmodi sunt res fluxe. atq; cadu-  
ce et hitus sapientie velut diuina quedā potentia p'sistit eternus integeros.  
sapiens e amator cōcordie et discōrdie dissipator. Discordia e qua pessund an-  
tur domus. Ciuitates: regna: ducatur: impia: et principatus. cōcordia vero  
parue et minime res crescunt: et oē regnū et impium solidatur: discordia om-  
ne regnū diuiditur vbe hoī illi per que discordia et scandala veniunt. no est  
profecto malū in ciuitate q̄ no faciant hoies seminantes discordiā et secun-  
dū Gregorium charitatē que est virtutum oīum mater extinguit: proprium  
concordie est non solum amicos veteres et nouos illesos conseruare vcrum  
etiam inimicos amicos reddere. Solem. n. emundo tollere videtur qui ami-  
ciam concordiam et pacem tollunt discordia s'm ius est effusa contentio su-  
per principes que eos errare facit in inuio. de qua videtur sensisse Lucanus  
libro secundo inquiring summus brute nephas ciuilia bella fatemur. Adisce  
igitur sapientiam que multas et infinitas requirit virtutes. Sapiens nemo  
potest esse nisi qui reiecta discordia maliuolentia seditioe idem non sit et  
iustus et omni morali virtute p'editus. Sapiens est venerari grandiores  
natu iuxta illud Iuuenalis tā venerabile erat p'cedere q̄tuor annis: et illud.  
Liceronis p'siliū et ratio in senib' e q̄ si nulli fuissent nulle prorsus ciuitates  
eēt Sapiens est q̄ malas odit cogitatiōes ga ex is. adulteria fornicatiōes  
homicidia furta auaricia rapine neq̄tia impudicitia ocul' malus blasfemia  
supbia stulticia nascunt: et nata hoiem coingnant maligna cogitatio et spiri-  
tus prau' vndiq; aīa; angustat: oīa enī corda scrutat Deus et renes hoīus et  
vniuersaz mētū cogitatiōes itelligit. o beati mūdo corde qm iuxta ill' euā-  
gelij ipi deu videbū vrūt enī male cogitatiōes et aīos i diuersas trahūt par-  
tes. decipiū hoies. no deu ga dō occultari nequnt et oīus secretor sol' de' e  
cognitor. que no latet pcti qlitas. neq; alicuius peccātis affect' aū tps ad se-  
nectutē ducit malū cogitatu quod sp diabolico instinctu excitat. scias velia  
q̄ oīa prudēs hēt imprudēti vero nihil sufficit ga in nullo pct' e et ga oīa  
sine fine spat possidere ideo in oib' eget iuxta illud quo plus sunt pote plus

fitiuntur aque. Sapiens est q non delectat mendatio qa scriptū est non esse  
amādū mendaciū aduersus quēq̄ impia est promissio q̄ scelere adimpletur  
latēt sepe venena in melle z dulcedine verq̄oz z itam diu simulator verita  
tem simulat q̄; du fallacijs aliq̄ne decipiat. oēs q̄ amant mendacit̄ prout iu  
re cauetur filij sunt diaboli: z mendaciū est se christianū dicere z opera chri  
sti non facere: nihil enim est turpius vanitate clamat enim ap̄tus nolite glo  
riari mendaces esse aduersus veritatē: non est enim ista sapientia de sursum  
descendens sed terrena aīalis z diabolica. tennē s̄m Senecā ad lucilliū men  
daciū plucet si diligenter inspexeris: z oē mendaciū s̄m Isidorū est pecca  
tū. inquit Lactātius multis quidem melius est vera rustice q̄ discrete falsa  
proferre: veritas non amat angulum nec querit versutias: sapiens ē qui ve  
rus est custos anime sue nec vanis detinetur cogitationibus nec cuiq̄ machi  
natur sed in humilitate versatur auri z argenti: z lingue nitoris contemptor  
celestē ac diuinum bonum acipit. Sapiens terrena oīa z inferiora despicit  
procurati: inuigilat multus: vt eius opus sua diligenti opera deo in mortali  
placeat: resulget sapiens etiā in tenebroso loco nunq̄ corrupitur liuore nec  
aliqua tangit inuidia sed solū mentē z cogitatum ad celestia regna dirigit  
tanq̄ ad finē oīum perfectissimum: quo nullus dulcior nullus suauior esse  
potest: paucis hec finis p̄fecto cōcedit. Sapiens est qui euitat detractio  
nem qm̄ nullus murmurans accipit regnū dei: est enī veritatis z dei destru  
ctor puritatis deuiator: odij iuētōr. Sathane mediator: dei p̄secutor: mali  
z oīs sceleris iuētōr: z sicut susurans serpens euam de paradiso excussit sic  
obtrektor non solum suam sed etiam fratris perdit animam: est enim ho  
minis p̄ditissimi in aliū arma dirigere q̄bus merito p̄fodiendus esset: estq̄  
hoīs prudētis discutere seipsum anq̄ alijs detrahat redarguat in primis su  
os errores suaq̄ crimina anteq̄ alijs mordeat. scias nihil esse difficillius  
intra mortales q̄ seipsum cognoscere multo magis alios: quoq̄ vitia inte  
stina tāgere est potius prediūinare. cū solus deus sit scrutator hoīuz. Laue  
igitur si vis esse sapiēs ne detractiōib⁹ delecteris. Quib⁹ oīs bonos cūctis  
reb⁹ p̄ferendus cōfundit. ledit: cōmaculat atq̄ p̄sumitur. clamat ille o dñe  
libera aīa; meā a labijs iniqs z a lingua dolosa. q̄ suscitāt lites: incitat furo  
res: p̄turbat hoīuz cetus. cauendū est iḡ nec hmōi detractorib⁹ adulatorib⁹  
mēdacib⁹ aures n̄ras patefaciamus vitādis tāq̄ syrenis z scopulis mariti  
mis: Potuisses ego me in cursu sapie longius extēdere pp̄ eius latitudinē et  
amenitatē aqua nō discedo nisi inuitus sed iudicioz z ciuillit̄ causarum stre  
pitus me vocat cui in seruire me cogit necessitas: a quo tñ maiores assequor  
fructus at circū pulpita scribēdi de sapientia bassa sola crepant: feci tñ p̄ vi  
rib⁹ vt pōpeius bornatian⁹ me⁹ studioz z hūanitatē z. ll. pitus ab obliga  
tiōe fideiussoria mihi petēti facta aduersus deā sapiētiā eēt liberatus: si ini  
elegāter z inornate scripsi de tam celebri virtute qualis: z quanta est sapiē  
tia me excusatum habeas rogo: Lautus iure reperitur quod clericus probi  
betur vxorem ducere z altari seruire queat: quia si esset ei vxor dum vxori  
incumberet altare desereret. iuxta illud nedum: vtrumq̄ festinat neutrum  
bene peragat sit quoq̄ mihi plerunq̄ contingere solet dum itudeo scriptis

10  
placere: repugnātia officij z artis retiet calamū: z q vult libere officio fungi suo z dare opam minime oportet esse vacuū ab oī cura z questuaria z mercenaria: de quo elegās poeta sensisse videtur cum dixit: nā si Uirgilio puer z tolerabile desit hospitium caderent omnes a crinibus hydri surda .nihil generet graue buccina. z iuxta illud pectora nostra duas . non admittentia curas magne mentis opus z de lodice paranda. z quis enim virtutes amplectitur ipsam premia si tollas. virtus tamen operatiua efficit vt quilibet lector poterit exstercorib<sup>9</sup> aliquas colligere margaritas. Quis est adeo hortulus fertilis: quis ager vberrimus z tam bene cultus qui in redditu z prouentu non deficiat in aliquo. Igitur in libello meo si qd optimi fructus aut optimarum margaritarum inueneris illud totū insatiatus carpe. colligeq; meq; fideliter a morsu z a latratu inuidientium si qui fuerint tuere. atq; descende ego autem dum iuga montis aper fluios dum piscis amabit vester ero mundi prece per omne latus. **Finis Brixie die. vi. octo. M. id.**

**Ad libellum suum.**

**HH** In sua si doctus te duxerit atria vates  
Luncta videbuntur lucidiora die

**Ad mariam dysticon**

**HH** Qui cupit z terris z celo viuere felix  
Auxilium poscat virgo beata tuum

**Ad eandem testr asticon**

**HH** Virgo parens christi diue reginacq; sedis  
Ante puerperium postq; pudica tuum

**HH** Virgo vel eloquio vel re mundissima semper  
Inter femineum gloria prima genus

**In laudem virginis Marie**

Alma redemptorem genitrix enixa supernum

O mater pia virgo dei celeberrima nostri

O stupor o nostre requies z vita salutis

Diuitie gentis soboles generosa triumphis

Virgo maria dei mater dignissima condam

Laudibus inuitis speculum dum vita manebat

Non maculata auido corrupte in sanguine terre

Si qua puella fuit tam illa pretiosior auro

**Finis laus deo optimo**

**Bernardinus macius boznatus Thome lamberto artium z medicine doctori acutissimo Salutem zc.**

Quod laudi des opusculum meum de sapientia sumope letor illa quidem vera laus est que a viro virtute pbato pficiscitur. Sed nimius amor persepe facit vt id quod minimū est maximū esse videat: tamen tibi viro graui z docto immortalis ago gratias: z si quid est q valeat mea ingenij tenuitas id tuum iure peculii esse intelligas. **Vale decus medicorum.**

Bernardinus bornatus iuris peritus. Constantino ganafoni oium amicissimo.  
mo. S. nō potui nō dolere de obitu Frācisfratris tui sapiētissimi iurecō/  
sulti ac doctoris grauiissimi. qui singulari ingenio. doctrina. modestia. virtu/  
tis prestantia. mox elegātia. omni deniq; honestate ita vigebat vt vix dici  
posset: huiusce viri p̄stātissimi clemētiā. benignitatē. liberalitatē. in reddēda  
iusticia ego ipse aliquñ exptus sum. bonitatis nomen z humilitatis p̄ vexil/  
lo suo gerebat. sapienter z loquebat z agebat. offendebat neminem. oibus  
proderat. erat ei innatum illud nō sibi sed toti gentiū se credere mundo esse  
putat. hinc factus est vt oibus z gratissimus z charissimus factus esset vnde  
deus optimus illū mutuo concessum in tam felici ac integro statu reuocare  
voluit. ne ex diuturna vita illius rota aliquñ vt fit verteret. erat ei morien/  
dum iuxta illud hac lege necessitateq; oēs nati sumus vt aliquñ moriamur. z  
illud tendimus huc oēs metam properamus ad vnam oia sub leges mors  
vocat atra sua. modica est huius seculi gloria. an credis semp mortales vi  
uere ī orbe quo sumus? z rapido nunq; succūbere fato. an nescis veteres. ro  
manos morte subactos. quorum fama prioz pulsabat maxima celum. Sed  
profecto nō debet dici mortuus. cum relicto cadauere tanti viri anima im/  
mortalis soluta vinculis terrenis libera facta z in sua; naturam redacta ad  
supos euolauit: visura semp fulgentē diuinum aspectum: z locum amenissi  
mum: vbi sempiterno euo fruatur. posset de eo illud decātarī. quod dicitur  
de palemone. Non equidem saxo regis: sed inane cadauer. hoc ad clara vo  
lans astra reliquit humi: z illud prestiterit factis q̄uis ingētibus ille. Quic  
quid mortale est duxit inane tamen: z propterea non est morte sublatus.  
Sed ab erumnis huiusce inculte z tenebrose vite sepatus: regno celesti luci  
do ac perspicuo semp potiturus. recepit ipse premia bene acte vite vsq; ad  
extremum eius spiritum. Cui honos infinitus fuit attributus: vnde eius fi  
ne tam nobili considerato. non est dolendum imo recte intuenti letandum  
excute igitur tibi lachrymas mi Constantine. z quod longinquitas tempo  
ris efficiet: tu virtute z prudentia effice? z hoc scias nihil esse p̄fecto qd  
magis cupiam. q̄ efficere vt quam clarissime perspicias me vnum esse sem  
perq; futurum. quo de vno ea tibi possis omnia polliceri. que ab homine  
amicissimo z obseruandissimo expectare cōueniat. Vale die decimo nono  
mensis marcij. M. ccccc. Brixie. Bernardinus bornatus tuus.

Bernardinus bornatus Joāni augustino de vacis iuueni perito. Sal. plu

Quod opusculū meū tradiderim Joanni euangeliste lazalotto corrigēdum  
etiā ingenue fateri. pp eius singularē fidem atq; doctrinam me non penitet  
tradidi tñ hac lege vt z si longe grauiori materia sit dignior opifex: z aquil  
la non capiat muscas: cuius opera cum antiquis auctoribus certant. tamen  
solecismos: ac barbarismos. si qui forent annotaret interdum si quid nimis  
preter rem positum inueniret: oblitteraret vltterius se non extenderet q̄ pro  
eius humanitate ac fide fecit non negligenter. Vale die septimo Junij  
M. ccccc. Brixie.



11

Bernardinus Macius bornatus Petro serbino viro modesti. & sapienti. S.  
inquis sepe numero mi Petre. illum esse ab omni rectitudine & nature institu-  
to alienum. qui virtutis via derelicta. humani generis speculo. vitiorum cal-  
lem amplectitur nature humane canum. pluribus astantibus. quorum intel-  
lectus tue tam preclare opinioni adherens institutum a ratione profectum ap-  
probavit. & cur non mi Petre. qui virtutis semine factus. de virtute loqua-  
ris necesse est. te natura causans prodidit. sine quam virtus est. cui vitia in-  
fecta & inimica sunt. quod de opusculo bene sentis. hoc facit tu? erga me sin-  
gularis amor illum tecum finxit antiquitas. a quo manat amicitia. perge  
mi Petre vt cepisti ex semine pingui fertiliores colliges fructus. daq; opas  
vt sepius de virtute loquamur. bene vale penultimo Octobris, M. cccccc  
Brixie. Bernardinus bornatus Jur. p. tuus &c.

Faustinus massanus Bernardino macio iurecō. opt. & R. Salutem.

Reconditos abstrusosq; iureconsultorum sensus excudendo ad lites fortis-  
ne relegasse videaris diuini; hoc opusculum de sapientia quod ad ethicam  
appellare volo in lucem edidisti: hoc vno monumento mortalitatem effugien-  
do: aqua te asserere non amicorum suffragio: non clientum fastidioso comita-  
tu non latifundis non auro poteras: cum omnia fragilia caduca & momen-  
tanea sint dominumq; non sequantur Vale.

Ad exemplum nostrum.

O sciochi. o paci. o pien de cecitate  
chi nostri giorni andati consumando  
si stoltamente in tanti vanitate  
Non ve acorgeti voi chi va mancando  
la nostra vita fragil e caduca  
e ruta via morte va incontrando  
Si come inanti al vento la festuca  
cosi e la nostra trista e debil vita  
raro pero vedo chi se reduca  
Ogni cosa al ben operar ce inuita  
ogni creato lauda el so factore  
e pur la mente a noi sta si suanita  
Dal proprio e vincto el diuin amore  
hogi chi pegio fa piu e exaltato  
questo e se nol sapete el vostro errore  
Benche falsa lingua senza opposito  
tal fiata faza aparer el vero  
Non dimeno pur tempo e loco  
per iudicio drito verita reluce

## Ad exemplum nostrum

Uolano lhore igiozni lanni imesi  
z insieme in breuissimo interuallo  
Tutti hauemo cercar altri paesi  
Non fati contra conscientia vn callo  
como ferì vfi ma volgeti li ogij  
mentre emendar se pote el vostro fallo  
Non aspetati che la morte scrochi  
como fa la piu parte chi per certo  
infinita e la schiera de li sciochi  
Hor caminate per questo deserto  
tutto spinoso e de' scapuchi pieno  
mentre chaueri zorno el ciel aperto  
Un dubioso vn instabile sereno  
e nostra fama che presto se rompe  
presto se muta e presto ven al meno  
Passan nostri richezi e nostre pompe  
passan li scepri: passan li ingegni  
ogni cosa mortal tempo interrompe  
Morano istolti morano ipiu degni  
e non pur quel di fore el tempo solue  
ma le nostre eloquentie e nostri ingegni  
Loffi fuggendo el mundo se conuolue  
ne mai puncto sta forte o firma el grado  
per fin che nba reducti in pocho polue  
Finis.

Impressum Brixie per Venerabile: d.  
presby. Baptistā Farfengū Jur. pont.  
doct. ano. M. cccc. die. xxvi. Nouēb.







Juc. 56

46394

BIBLIOTECA DE CATALUNYA



1001959213

June 55 - 8 pages

